Post multa et acria bella discordia Romæ in dies crescebat. Plebeii gravia tolerabant, sed tamen premebantur, patricii vero sua tantum commoda spectabant neque vitia turpia vitabant.

Itaque legati virorum humilium ad patricos veniunt, vitam difficilem describunt, a nobilibus auxilium petunt. Patricii acri modo respondent.

Nunc plebeii patriciis crudelibus oboedire parati non iam sunt, iniurias graves tolerare non iam optant. Statuunt: in collem, non longe a Roma situm, secedunt. Collis Mons sacer appellatur. (Fons: Livius)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Omne principium difficile.*
- ☞ *Fortes fortuna adiuvat. (Plinius lun., Terentius)*
- ☞ *Similis simili gaudet.*
- ☞ *Omnia præclara rara. (Cicero)*
- ☞ *Non est ad astra mollis e terra via. (Seneca lun.)*

## GRAMMATICA:

### 3. deklinacija: adjektivi vokalnega dela

	<b>m</b>	<b>f</b>	<b>n</b>	<b>m/f</b>	<b>n</b>
nom.	ACER	ACR <b>is</b>	ACR <b>e</b>	FORT <b>is</b>	FORT <b>e</b>
gen.		ACR <b>is</b>		FORT <b>is</b>	
dat.		ACR <b>ī</b>		FORT <b>ī</b>	
akuz.	ACR <b>em</b>	ACR <b>em</b>	ACR <b>e</b>	FORT <b>em</b>	FORT <b>e</b>
vok.	ACER	ACR <b>is</b>	ACR <b>e</b>	FORT <b>is</b>	FORT <b>e</b>
abl.		ACR <b>ī</b>		FORT <b>ī</b>	
nom.	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ia</b>	FORT <b>ēs</b>	FORT <b>ia</b>
gen.		ACR <b>ium</b>		FORT <b>ium</b>	
dat.		ACR <b>ibus</b>		FORT <b>ibus</b>	
akuz.	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ia</b>	FORT <b>ēs</b>	FORT <b>ia</b>
vok.	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ēs</b>	ACR <b>ia</b>	FORT <b>ēs</b>	FORT <b>ia</b>
abl.		ACR <b>ibus</b>		FORT <b>ibus</b>	
znač. konč.	-i, -ia, -ium				

## EXERCITIA

## PRED DOKONČNIM (ZADNJIM) SPOROM

## I. Označene pridevnike (iz 2. deklinacije) zamenjaj s sinonimi (iz 3. deklinacije):

1. Romani multa et *aspera* bella pugnabant. 2. Armati copiam pugarum *asperarum* tolerare debebant. 3. Nonnumquam iam una pugna *aspera* gloriam appor-tat. 4. Et etiam unus dominus *animosus* victoriam dat, si bene imperat. 5. Sed exercitus non solum propter dominos *animosos clarus* est. 6. Multi viri et iuvenes *animosi* exemplaria *clara* sunt. 7. Res gestæ Romanæ *claræ* et exemplar *clarum* posteris etiam propter ple-beios sunt.

## II. Pridevnike v oklepajih postavi v pravilno obliko in prevedi:

1. Plebei enim, viri ..... (*humilis*), multa et ..... (*gravis*) non vitabant, sed etiam in proelio ..... (*acer*) pro patria pugnabant. 2. Ita Romani magnum numerum copiarum et ..... (*pedester*) et ..... (*equester*) vincere poterant. 3. Nunc bella ..... (*acer*) finiuntur, plebei vero nullum commodum habent, servis ..... (*similis*) sunt. 4. .... (*omnis*) bona enim patricii in manibus suis tenent neque fam-em ..... (*turpis*) auri vitant. 5. Itaque copia virorum ..... (*humilis*) in forum venit, de vita ..... (*diffici-lis*) colloquium habet, legatos legit, ad patricos mittit.

## III. Prevedi:

1. Poslanci pridejo k patricijem in eden reče: 2. »Ple-meniti Rimljani, poslušajte mnenje (= misel) vseh ple-bejcev! 3. Borili smo se za svobodni Rim, domovini smo želeli dati slavno zmago. 4. Zato smo prenašali vse težke napore (= stvari), bali smo se le sramotnega poraza. 5. Zdaj nimamo ničesar, naše ozemlje in vse

naše dobrine so v rokah tujcev. 6. Vi, plemenitaši, ste posojali in posojate denar plebejcem. 7. Vendar če denarja ne bomo mogli vrniti, bomo kmalu vsi preprosti državljani podobni sužnjem.«

#### **IV. Prevedi in spremeni število (plural – singular, singular – plural):**

1. Patriciji odgovorijo s krutimi besedami: 2. »Bojevali ste se za domovino, ne za sramotni denar. 3. Vse dobrine niso vsem skupne: vrnite denar ali pa ne boste samo podobni sužnjem, ampak boste pravi sužnji!« 4. Ostri način in težka krivica povzročita veliko jezo plebejcev – odslej želijo živeti sami, brez plemenitih patricijev. (*Fons: Livius*)

## LECTIO SEXTA DECIMA

## De concordia restituta

Plebei in colle dicunt: »Castra muniemus et custodiemus, patres non intromittentur.« Pavor senatorum magnus est, inter se interrogant: »Plebeine nos defendent, si bellum novum erit?«

Patres ergo ad plebeios oratorem celebrem Menenium Agrippam mittunt et dicunt: »Tu plebeiorum iram mollies, quia optimus orator es et omni homini humili carus es.« A Menenio pulchra fabula narratur et ira plebeiorum flectitur.

Cives in oppidum recedunt. Iam tribunos legere poterunt, a tribunis causa populi semper defendetur. (Fons: Livius)

## Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Amicitiae immortales, inimicitiae mortales esse debent.* (Livius)
- ☞ *Non omnia possumus omnes.* (Lucilius, Vergilius)
- ☞ *Plenus venter non studet libenter.*
- ☞ *Hic iacet lepus.*
- ☞ *Homo homini res sacra esse debet.*

## GRAMMATICA:

## 3. deklinacija: 1. razred konzonantnega dela, masculina; futur 3. in 4. konjugacije

3. deklinacija, konzonantni del, I. razred (m/f)		
	singular	plural
nom.	HOMO	HOMIN <b>ēs</b>
gen.	HOMIN <b>is</b>	HOMIN <b>um</b>
dat.	HOMIN <b>ī</b>	HOMIN <b>ibus</b>
akuz.	HOMIN <b>em</b>	HOMIN <b>ēs</b>
vok.	HOMO	HOMIN <b>ēs</b>
abl.	HOMIN <b>e</b>	HOMIN <b>ibus</b>
znač. konč.	-e, -a, -um	

**Aktiv:**

	mešana konj.	i-konjug.
osnova	SCRIB -	AUDI -
fut. I	SCRIB -a- <b>m</b>	AUDI -a- <b>m</b>
	SCRIB -e- <b>s</b>	AUDI -e- <b>s</b>
	SCRIB -e- <b>t</b>	AUDI -e- <b>t</b>
	SCRIB -e- <b>mus</b>	AUDI -e- <b>mus</b>
	SCRIB -e- <b>tis</b>	AUDI -e- <b>tis</b>
	SCRIB -e- <b>nt</b>	AUDI -e- <b>nt</b>

**Pasiv:**

	mešana konj.	i-konjug.
osnova	SCRIB -	AUDI -
fut. I	SCRIB -a- <b>r</b>	AUDI -a- <b>r</b>
	SCRIB -e- <b>ris</b>	AUDI -e- <b>ris</b>
	SCRIB -e- <b>tur</b>	AUDI -e- <b>tur</b>
	SCRIB -e- <b>mur</b>	AUDI -e- <b>mur</b>
	SCRIB -e- <b>mini</b>	AUDI -e- <b>mini</b>
	SCRIB -e- <b>ntur</b>	AUDI -e- <b>ntur</b>

**EXERCITIA****DE FABULA CELEBRI****I. Navedene besede pravilno vstavi v stavke in prevedi:**

1. *Senator*: Castris plebeiorum iam multi ... appropinquabant, nunc etiam unus ... appropinquat.
2. *Homo humilis*: In aditu ... stat, consilio<sup>1</sup> omnium ... senatorem non intromittit.
3. *Pater carus*: A ... verba dicuntur: »Nonne plebeis notus sum? Nonne a plebeis ... appellor?«
4. *Orator*: Plebeius errorem intellegit, dicit: »Antea neque facies multorum ... spectabantur, omnibus ... porta claudebatur!« Nunc vero ... statim porta aperitur, sed etiam ceteri plebei ... circumdant.
5. *Sermo*: Homines humiles ... cum Menenio libenter habent, ... oratoris omnibus carus est.

<sup>1</sup>consilio = po sklepu

<sup>1</sup> pridobivam =  
quæro 3

## II. Zgodbo o uporih človeških udov prevedi v latinščino:

1. Slavni govornik pove vsem plebejcem zgodbo: 2. Dolgo so človeški udje živeli z želodcem v izredni slogi. 3. Nekoč pa se udje pogovarjajo o želodcu in sklenejo: 4. »Želodcu ne bomo več služili, ne bomo (ga) več hranili. 5. Leni želodec ne bo več živel od našega napora. 6. Roke ne bomo več prinašale hrane; 7. vsi drugi udje ne bomo želodcu vsega pridobivali<sup>1</sup> s hudim (= trdim) naporom! 8. Tako želodec ne bo mogel samo prijetno uživati (= voditi prijetnega življenja)!« 9. Želodec želijo pokoriti z lakoto, toda tudi udje in celotno telo (= bitje) pridejo do skupne oslabeledosti. 10. Plebejci, spoznajte zmoto! 11. Niti patriciji ne morejo živeti brez plebejcev niti plebejci brez patricijev.

## III. Posledice vrnitve v Rim prevedi v slovenščino in spremeni glagolski način, kjer je možno:

1. Patres plebeis gaudent, ideo multa bona plebeis dant. 2. Sed Roma mox magnam discordiam inter homines humiles et nobiles iterum videbit. 3. Tum a civibus leges in duodecim (XII) tabulis scribentur et tabulæ in foro ponentur. 4. Post multos annos patres feminas plebeias, plebei feminas patricias in matrimonium ducere etiam poterunt. 5. Cives diu in concordia vivent. (*Fons: Livius*)

# LECTIO SEPTIMA DECIMA

## De victoria matris Romanæ

Cn. Marcius etiam Coriolanus appellatur, quia magna fortitudine Coriolos, oppidum hostium Volscorum, expugnat.

Mox inter ordinem senatorium et plebeios magna contentio erat. Coriolanus plebeis infestus erat et a tribunis e re publica excluditur.

Ad Volscos secedit et imperator hostium castra ante Romam ponit. A Romanis variæ legationes ad Cn. Marcium mittuntur neque superbum movent. Tum mater Coriolani ad filium venit et filio verba acria dicit.

Verbis matris Coriolanus movetur et Volscos e tellure Romana reducit. (*Fons: Livius*)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Homo homini lupus. (Plautus)*
- ☞ *Omnia vincit amor. (Vergilius)*
- ☞ *Repetitio est mater studiorum.*
- ☞ *Imago animi sermo est. (Seneca lun.)*
- ☞ *Variatio delectat.*

## GRAMMATICA:

### 3. deklinacija: 1. razred konzonantnega dela, izjeme feminina in masculina

## EXERCITIA

### I. Prevedi:

1. Imago naturæ animos delectat.

Čudovite podobe lepih nizkih gričev so vedno zbu-  
jale veliko občudovanje.

2. Regio visitabitur, multa videbuntur.

V tuji pokrajini boste videli mnogo velikih polj, pa



tudi kratke reke in znani veletok.

3. Ordo arborum viam ornat.

Na desni in levi strani (= na desnem in levem robu) ceste je tujec občudoval (= gledal) dolgi vrsti lepih dreves.

## II. Navedene pridevnike postavi v pravilno obliko in prevedi:

DE MATRE SINGULARI: 1. *Celeber*: Apud scriptorem ..... legere possumus: vir fortis ..... ante Romam hostes adducit.

2. *Romanus*: Roma neque legione ..... neque pugio ..... , sed lacrimis mulierum ..... servatur.

3. *Carus*: Nam Veturia, mater ..... Coriolani, Volumniam, uxorem ..... Coriolani, liberosque ..... ad imperatorem ducit.

4. *Fortis*: Una cum familia Coriolani etiam mulieres ..... ante castra sunt. Ibi mater ..... verba ..... dicit:

5. *Miser*: »Væ matri ..... ! Imaginem ..... video.

6. *Turpis*: Filius meus exul est propter factum ..... et etiam nova facta ..... erunt. Si enim perges, liberi tui et uxor tua vitam ..... agent: servi erunt.

7. *Bonus*: Nunc ..... occasionem habes: ..... civis es et rem publicam hostibus libera!«

8. *Tuus*: Coriolanus tristis respondet: »Tellurem ..... servabis, filium vero ..... perdes!« (*Fons: Livius*)

## III. Prevedi:

NENAVADNA LEPOTA: 1. Na skrajnem<sup>1</sup> robu sveta sta živela kralj (= gospodar) in kraljica, imela sta tri hčerke. 2. Vse so bile lepe, vendar za lepoto zadnje ni bilo besed, bila je božanska. 3. Mnogo mladeničev

je prihajalo, z velikim občudovanjem so gledali deklico in (jo) častili kakor boginjo. 4. Zato se v boginji lepote zbudi jeza. 5. Čeprav bo najprej Psihe<sup>2</sup> živela v čudoviti pokrajini – 6. sprehajala se bo po zemlji, kjer bodo rasle različne vrste lepih cvetlic in nenavadnih dreves, 7. in poslušala bo prijetne pesmi ljubkih ptic –, 8. mora pozneje na svetu prenašati veliko hudih reči (= naporov). 9. Končno kralj (= gospodar) bogov dovoli: Amor se poroči z deklico in Psihe pride med nebeščane. (*Fons: Apulieus*)

skrajni<sup>1</sup> = extremus 3

<sup>2</sup>Psihe = Psyche

## LECTIO DUODEVICESIMA

## De hostibus Etruscis

Etrusci hostes horrendi Romanorum erant. Imprimis oppidum, nomine Veii, perniciem Romæ parabat. Agmina Veiorum in fines Romanos sæpe procedebant.

Tum Romani Fabiis curam belli committunt, una familia onus grave tollere audet iterque ad flumen Cremeram contendit, sed hostes insidias parant omnesque Fabios, præter unum, occidunt.

Post longum tempus Fidenæ una cum Veis et Volscis contra Romam rebellant. Quamquam res facilis non est, Fidenæ a Romanis vincuntur.

Tandem etiam Vei a Romanis occupantur et fines Veiorum Romæ adduntur. (*Fons: Livius*)

## Proverbia et sententiæ:

- ☞ *O tempora, o mores!* (Cicero)
- ☞ *Summum ius, summa sæpe iniuria.* (Cicero)
- ☞ *Tempori parce!* (Seneca lun.)
- ☞ *Finis coronat opus.* (Ovidius)
- ☞ *Ultra posse nemo obligatur.*

## GRAMMATICA:

## 3. deklinacija: 1. razred konzonantnega dela, neutra

3. deklinacija, konzonantni del, I. razred (n)		
	singular	plural
nom.	ITER	ITINER <b>a</b>
gen.	ITINER <b>is</b>	ITINER <b>um</b>
dat.	ITINER <b>ī</b>	ITINER <b>ibus</b>
akuz.	ITER	ITINER <b>a</b>
vok.	ITER	ITINER <b>a</b>
abl.	ITINER <b>e</b>	ITINER <b>ibus</b>
znač. konč.	-e, -a, -um	

## EXERCITIA

### I. Prevedi in postavi v množino, kar je smiselno:

#### DE VEIIS:

1. In Etruria oppidum antiquum erat, iter ab oppido Romano usque ad oppidum Etruscum longum non erat.
2. Civis Romanus nomen oppidi Etrusci timebat.
3. Sæpe enim agmen Etruscum in fines Romanos procedebat.
4. Frumentum, pecus, omne bonum: vas pretiosum, æs, aurum ab agmine raptabantur.
5. Exercitus Romanus proelium acre cum exercitu Etrusco pugnabat.
6. Magnus labor et fortitudo dictatoris Romani oppidum superant.
7. Onus grave erat, sed facinus egregium dictatori gloriam portat.

### II. Označene samostalnike zamenjaj z navedenimi sinonimi in spremeni vse, kar je treba:

#### DE EXERCITU FABIORUM:

1. *Agmen*: Quia *copiæ* Etruscæ periculosæ erant, *catterva* Fabiorum statim ex oppido properat.
2. *Iter*: *Via* longa non est, sed *in via* multa et mala tolerari debent.
3. *Flumen*: Ad *fluvium* Cremeram veniunt et castra ponunt.
4. *Certamen*: Post multas et acres *pugnæ* Fabii iam vincunt.
5. *Fortitudo*: Familia enim magno *animo* nota est.

<sup>1</sup>izhajajoč = ortus  
+ abl.

### III. Prevedi:

PORAZ FABIJCEV: 1. Etruščanske čete so v vseh bitkah premagane, zato želijo skleniti premirje (= prijateljstvo) s Fabijci. 2. Vendar prebivalci Vejev kmalu (= po kratkem času) začnejo novo bitko. 3. Ker se izvrstna telesna moč in izredni pogum Fabijcev ne zlomita, pripravijo zasedo. 4. Vse Fabijce pobijejo, preživi samo eden, ker je otrok in se ne more udeležiti vojne. 5. Tako se ohrani slavno ime Fabijcev, poveljnik (izhajajoč<sup>1</sup>) iz slavnega rodu bo pozneje odvrčal hudega rimskega sovražnika. (*Fons: Livius*)

# LECTIO UNDEVICESIMA

## De dictatura Cincinnati

Urbs magno horrore afficitur: exercitus ab Æquis obsidetur. Senatus consilium capit: »Cincinnatum dictatorem faciemus, vir summa virtute et probitate est neque umquam munus grave fugere cupiebat.« Legati Cincinnatum tunicatum inveniunt, nam agrum colit. Togam accipit et consilium populi Romani audit: »O Cincinnate, dictaturam accipe! Cape arma, hostibus timorem inice!« Cincinnatus: »Statim iter faciam. Æqui, tandem capiemini! Nam tu, Roma, capi non debes!«

Magna celeritate omnia perficit, Æquos vincit, statim post triumphum ad villam suam se recipit. (Fons: Livius)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Salus publica summa lex!* (Cicero)
- ☞ *Fugit irreparabile tempus.* (Vergilius)
- ☞ *Accipere quam facere præstat iniuriam.* (Cicero)
- ☞ *Mors certa, hora mortis incerta.*
- ☞ *Ars longa, vita brevis.* (Seneca lun., prevod iz gr.)

## GRAMMATICA:

**3. deklinacija: 2. razred konzonantnega dela, feminina;**

**3. konjugacija: osnove na -i**

3. deklinacija, konzonantni del, II. razred (f/m)		
	singular	plural
nom.	LAUS	LAUD <b>ēs</b>
gen.	LAUD <b>is</b>	LAUD <b>um</b>
dat.	LAUD <b>ī</b>	LAUD <b>ibus</b>
akuz.	LAUD <b>em</b>	LAUD <b>ēs</b>
vok.	LAUS	LAUD <b>ēs</b>
abl.	LAUD <b>e</b>	LAUD <b>ibus</b>
znač. konč.	- <b>e</b> , - <b>a</b> , - <b>um</b>	

## 3. konjugacija: osnove na -i

## osnova: CAPI-

prez.	impf.	fut. I
<b>aktiv</b>		
CAPI <b>o</b>	CAPI -e-ba- <b>m</b>	CAPI -a- <b>m</b>
CAPI <b>s</b>	CAPI -e-ba- <b>s</b>	CAPI -e- <b>s</b>
CAPI <b>t</b>	CAPI -e-ba- <b>t</b>	CAPI -e- <b>t</b>
CAPI <b>mus</b>	CAPI -e-ba- <b>mus</b>	CAPI -e- <b>mus</b>
CAPI <b>tis</b>	CAPI -e-ba- <b>tis</b>	CAPI -e- <b>tis</b>
CAPI -u- <b>nt</b>	CAPI -e-ba- <b>nt</b>	CAPI -e- <b>nt</b>
<b>pasiv</b>		
CAPI -o- <b>r</b>	CAPI -ba- <b>r</b>	CAPI -a- <b>r</b>
CAPE <b>ris</b>	CAPI -ba- <b>ris</b>	CAPI -e- <b>ris</b>
CAPI <b>tur</b>	CAPI -ba- <b>tur</b>	CAPI -e- <b>tur</b>
CAPI <b>mur</b>	CAPI -ba- <b>mur</b>	CAPI -e- <b>mur</b>
CAPI <b>mini</b>	CAPI -ba- <b>mini</b>	CAPI -e- <b>mini</b>
CAPI -u- <b>ntur</b>	CAPI -ba- <b>ntur</b>	CAPI -e- <b>ntur</b>

## Imperativ I:

aktiv	2. sg.	CAPE
	2. pl.	CAPI <b>te</b>
pasiv	2. sg.	CAPE <b>re</b>
	2. pl.	CAPI <b>mini</b>

## Infinitiv prezenta:

aktiv	CAPE <b>re</b>
pasiv	CAP <b>i</b>

## EXERCITIA

## I. Prevedi:

<sup>1</sup>srce = mens, mentis, f.

- Vergilijev dom ni bil v mestu.
- Pesnik Vergilij je (kot) deček delal na polju, tudi pozneje (ga) mesta ne bodo razveseljevala (P).
- Ker je véliki rimski pesnik (kot) deček v miru delal na očetovi zemlji, tudi pozneje nikoli (njegovega) srca<sup>1</sup> ne bo razveseljevalo mestno življenje.

4. Ker je Vergilij preživel otroško dobo v sreči in miru na očetovi zemlji, bo pozneje ves čas pel hvalnice preprostosti in miru kmečkega življenja, nikoli pa se (njegovo) srce ne bo veselilo življenja velikih mest.

## II. Prevedi in povsod, kjer je možno, spremeni število (ednina – množina) in glagolski način (aktiv – pasiv):

1. *Pax bello paritur.* (Nepos)

2. *Clavus clavo eicitur.* (Cicero)

3. *Nomen est omen.* (Plautus)

4. *Honos est onus.*

*Invidia gloriæ assidua comes est.* (Nepos)

*At homo semper gloriam cupiebat et cupiet.*

## III. Prevedi:

POŠTENOST STARIH RIMLJANOV: 1. Stari Rimljani so se odlikovali po poštenosti in so poveljevali večini tujih narodov. 2. Vendar potomcev (= src potomcev) ne bo prevzela samo vojaška hrabrost prednikov, ampak tudi (njihova) preprostost. 3. Kakor Cincinat so tudi drugi slavni poveljniki in diktatorji radi živeli skromno življenje. 4. Čeprav so spravljali pod rimsko oblast mnogo držav, niso želeli imeti slave za spremljevalko. 5. Tudi v poznejšem času hvala ne bo zmešala (= hvala ne bo napolnjevala src) nekaterih velikih ljudi. (Fons: Livius)



## LECTIO VICESIMA

## Væ victis!

Galli non solum ad limitem Romanum veniunt, sed caput Italiæ petunt.

Apud Alliam, ad undecimum (XI) lapidem, pugnam committunt magnamque cædem faciunt. Pauci Romani supersunt, sed fugiunt, urbem hosti tradunt. Sola arx defendi potest: ibi parvus grex adolescentium impavidorum pugnat neque virtus cordium fortium frangitur.

Mox Galli silentio noctis summum montem ascendunt. Anseres ducem excitant, hostes fugere debent.

Sed fames Romanos de pace agere cogit. Brennus magnum pondus auri accipit cum verbis etiam nunc notis: »Væ victis!« (*Fons: Livius*)

## Proverbia et sententiæ:

- ☞ Quot capita, tot sententiæ.
- ☞ In ore mel, in corde fel.
- ☞ Artificem commendat opus.
- ☞ Natura habet sua iura.

## GRAMMATICA:

## 3. deklinacija: 2. razred konzonantnega dela, masculina, neutra

3. deklinacija, konzonantni del, II. razred (n)		
	singular	plural
nom.	CAPUT	CAPIT <b>a</b>
gen.	CAPIT <b>is</b>	CAPIT <b>um</b>
dat.	CAPIT <b>ī</b>	CAPIT <b>ibus</b>
akuz.	CAPUT	CAPIT <b>a</b>
vok.	CAPUT	CAPIT <b>a</b>
abl.	CAPIT <b>e</b>	CAPIT <b>ibus</b>
znač. konč.	- <b>e</b> , - <b>a</b> , - <b>um</b>	

## EXERCITIA

### I. Prevedi:

#### DE MATRE SUPERBA

1. Amphion rex Thebarum erat.

Slavni tebanski kralj Amfion je imel ošabno ženo Niobo.

2. Multi liberi reginam superbam faciunt.

Ker je kraljica imela veliko skupino otrok, je zasmehovala boginjjo Latono, mater maloštevilnih otrok.

3. Iudex non deest.

Latonina otroka postaneta (= sta) stroga sodnika: s puščicami pobijeta vse Niobine otroke.

4. Nioba a rege deorum mutatur: nunc lapis erit.

Jupiter spremeni Niobo v trd kamen, iz kamna teče neusahljiv (= vedno nov) izvir: solze žalostne matere.

(Fons: Ovidius)

### II. Besede v oklepajih postavi v pravilno obliko in prevedi:

DE ANSERE CAPITOLINO: 1. In ..... (*cor, Romanus*) Allia toto tempore nomen ..... (*tristis*) manebit. 2. Etiam poetæ Romani dolore afficiuntur et in versibus ..... (*poema, ceber*) de Allia narrant. 3. Ibi enim Romani ..... (*magnus*) cladem accipiunt, Galli ..... (*multus*) milites necant. 4. Nonnulli viri ..... (*fortis*) in ..... (*caput*) Romano manent neque patriæ desunt: ..... (*mons, Capitolinus*) custodiunt. 5. Tum Galli ..... (*arx, Romanus*) dolo vincere temptant: nocte ..... (*ater*) vertici invicto appropinquant. 6. .... (*nullus*) homo, ..... (*nullus*) canis hostes audit, audiunt vero anseres. 7. Animalia lunonis vocibus ..... (*dux, animosus*) excitant, Manlius ..... (*omnis, custos*) ad arma vocat, impetus hostium ..... (*magnus, virtus*) avertitur. (Fons: Livius)

<sup>1</sup>vladar = princeps,  
principis, m.

<sup>2</sup>za = intra (z akuz.)

### III. Prevedi:

GALCI IN RIMLJANI: 1. Velik del Galcev je živel v Italiji ob morju, imeli so mogočnega vladarja<sup>1</sup>, krutega poveljnika Brena. 2. Ker Rimljani pridejo na pomoč etruščanskemu mestu Kluziju proti Galcem, se Bren z vojsko približuje rimskemu glavnemu mestu. 3. Rimljani se bojijo, ker so že večkrat slišali: Galci imajo močno telo in izredno hrabrost. 4. Pri reki Aliji Galci pobijejo večino rimskih vojakov, nato v mestu vse uničijo z ognjem. 5. Pobožne duhovnike najdejo za<sup>2</sup> svetimi stenami svetišč in vse pobijejo. 6. Toda kmalu pride čas zmage: Kamil premaga sovražnike in hvaležni državljani (= hvaležna srca državljanov) ga imenujejo »novi Romul« (P). (*Fons: Livius*)

# LECTIO VICESIMA PRIMA

## De Magna Græcia et de Pyrrho

Romani felices, memores victoriarum, iterum bellum gerunt. Causa belli novi a Tarentinis, vetere populo Magnæ Græciæ, datur.

Tarentini a Pyrrho, rege divite Epiri, auxilium petunt. Ingentes copiæ trans mare in Italiam ducuntur et participes belli sunt, sed Romani numero hostium ferocium non terrentur. Non solum pari virtute cum hostibus pugnant, sed etiam vincunt. Tum elephantos conspiciunt, timent, fugiunt.

Pyrrhus cum captivis clementi animo agit et legatos Romanos summo honore tractat.

Tandem Pyrrhus vincitur et ex Italia expellitur.

(Fontes: Eutropius, Plutarchus)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Pares inter pares.*
- ☞ *Si ad naturam vives, numquam eris pauper, si ad opiniones, numquam eris dives.*
- ☞ *Veritatis oratio simplex. (Seneca lun.)*
- ☞ *O fallacem hominum spem! (Cicero)*
- ☞ *Sapienti sat! (Terentius)*

## GRAMMATICA:

### 3. deklinacija: adjektivi konzonantnega dela

	m/f	n
nom.	SIMPLEX	
gen.	SIMPLIC <b>is</b>	
dat.	SIMPLIC <b>ī</b>	
akuz.	SIMPLIC <b>em</b>	SIMPLEX
vok.	SIMPLEX	
abl.	SIMPLIC <b>ī</b>	

nom.	SIMPLIC <b>ēs</b>	SIMPLIC <b>ia</b>
gen.	SIMPLIC <b>ium</b>	
dat.	SIMPLIC <b>ibus</b>	
akuz.	SIMPLIC <b>ēs</b>	SIMPLIC <b>ia</b>
vok.	SIMPLIC <b>ēs</b>	SIMPLIC <b>ia</b>
abl.	SIMPLIC <b>ibus</b>	
zn.konč.	-i, -ia, -ium	

## EXERCITIA

### I. Prevedi in spremeni število (ednina – množina):

1. *Post equitem sedet atra cura.* (Horatius)
2. *Principes mortales, res publica æterna.*
3. *Pauper nocte atque die securus<sup>1</sup> ubique.* (Pallingenius)
4. *Par pari respondere.* (Cicero)

### II. Označene izraze zamenjaj z navedenimi besedami, spremeni stavke, če je treba, in prevedi:

#### DE VICTORIA ANCIPI TI

1. *Dives:* Consul Romanus contra regem *opulentum* pugnabit.
2. *Ingens:* Dux ante proelium captivum per castra Romana ducit, *multas* et bene paratas copias monstrat dicitque:
3. *Inops:* »Num Romani *miseri* sumus?
4. *Audax:* Nonne agmina nostra *animosa* sunt?
5. *Memor sum:* Regem tuum mone de armis Romanorum! *Memoriā tenete* exercitum nostrum!«
6. *Vehemens:* Proelium *acre* est, Romani iam vincunt.
7. *Particeps sum:* Tum elephanti bello *intersunt*.
8. *Felix:* Fortuna mutatur: Romani antea *læti* erant.
9. *Pauper:* Nunc multitudo hominum *miserorum* sunt, nam spem, equos, omnia amittunt.
10. *Misericors:* Pyrrhus cum captivis Romanis *miti* animo agit.

<sup>1</sup>securus 3 = brezskrben, miren, varen

11. *Par*: Sed etiam Pyrrhus magnam partem militum amittit et deplorat: Novā victoriā *simili* vincar!«

agnus, i, m. = jagnje;  
litigo 1 = pripravam se

12. *Anceps*: Victoriæ similes *incertæ* sunt. Si dux vincit, permultos milites vero amittit, victoria *incerta* est et a Pyrrho nomen habet. (*Fons: Eutropius*)

### III. Prevedi:

PRVI RIMSKI PESNIK: 1. Rimljani so bili bogati in srečni: drzno (= z drznimi srci) so premagovali tuje narode  
2. Z druge strani<sup>1</sup> pa so bili revni: niso imeli literarnih del.  
3. Zdaj premagajo Tarentince in ujetnik Tarentinec podari Rimljanom prvo pesnitev.  
4. Tako Grk naredi Rimljane deležne literature in enake Grkom.  
5. Znani pesnik, pomljiv rimskih literarnih virov, piše:  
*Græcia capta*<sup>2</sup> *ferum victorem cepit*<sup>3</sup> *et artes intulit*<sup>4</sup> *agresti Latio*<sup>5</sup>. (*Horatius*)

<sup>1</sup>z druge strani = ex altera parte

<sup>2</sup>captus 3 = osvojen

<sup>3</sup>cepit = osvojila je

<sup>4</sup>intulit = prinesla je

<sup>5</sup>Latium, ii, n. = Lacij

## LECTIO VICESIMA ALTERA

### De tempore pacis

Iuvenes et viri Romani diu pro patria pugnabant, fines novos occupatum mittebantur.

Tandem cunctam Italiam occupaverunt et aliquantum temporis pacem habuerunt.

Eo tempore populus Romanus adolevit: vere par orbi terrarum fuit. Civitas crescebat, nam cupido gloriæ incessit. Iuvenes magis in armis et equis quam in conviviis libidinem habebant. Neque laborem neque hostem timebant: virtus omnia domuit.

Sed cives non diu in pace manserunt, nam sine fine imperium augere cupiverunt. Ita fines novos oppugnatum discesserunt. (*Fontes: Florus, Sallustius*)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Veni, vidi, vici.* (Suetonius/Cæsar)
- ☞ *Fuimus Troes, fuit Ilion.* (Vergilius)
- ☞ *Satis diu vixit, qui bene vixit.*
- ☞ *Culpa abest, si consilium afuit.*
- ☞ *Felix, qui didicit contentus vivere parvo.*

### GRAMMATICA:

#### Perfektova osnova (indikativ perfekta) in supinova osnova (supin -um)

	singular	plural
1.	ORNAV <b>i</b>	ORNAV <b>imus</b>
2.	ORNAV <b>isti</b>	ORNAV <b>istis</b>
3.	ORNAV <b>it</b>	ORNAV <b>erunt</b>

## EXERCITIA

### I. Postavi v perfekt in prevedi:

#### MILES ROMANUS CUM MATRE SERMONEM HABET:

Mater: »Pugnam iterum pugnabitis, arma iterum capies. Laude dignus es, sed ego, mater tua, numquam pro vita filii timere desinam.«

Filius: »Omnes bonam vitam cupimus. Bene pugnabimus et ita Romæ proderimus, magnam gloriam gladiis nostris pariemus. Sicut tu nos semper educabas: si bonum facinus facitis, divitias comparatis. Videbis: civitas grata erit, cives felices erunt.«

Mater: »Bonum filium habeo, honestam vitam semper aget.«

### II. Navedene glagole postavi v pravilno obliko in stavke prevedi:

1. *Adiuvo*: Dominus vicinum ..... optabat. Servum ..... misit.

2. *Moneo*: Nuntius de periculo ..... properavit. Nuntius dominos ..... debuit.

3. *Dico*: Parentes liberis pigris sæpe ..... neque liberi audiebant. Sed liberis sedulis semel ..... et statim oboediverunt.

4. *Eligo*: In urbe Romana quotannis consules ..... Primum Brutum .....

5. *Peto*: Filius a matre auxilium ..... venit. A patre severo auxilium ..... non potuit.

Hippomenes, is, m. =  
Hipomen

### III. Uporabi v prvih stavkih označene glagole in jih postavi v pravilno obliko:

1. Romani bellum *gestum* discesserunt.

Ante pugnam milites dixerunt: »Cum hoste feroci bellum .....« Post pugnam vero: »Bene bellum .....!«



2. Num omnia *didicisti*?

Quamquam totum diem ..... , nondum .....

3. Vetera templa *visum* discesserunt.

In Græcia vetera templa ..... potuimus. Nonne vos iam ..... templa Græca?

4. In urbe *mansistis*.

Mox ad mare iter faciemus et ibi diu ..... Æstate semper ad mare eramus et ibi diu .....

5. Pastor oves *pavit*.

Pastor oves ..... egit. Cottidie pastor oves ..... et alacer erat.

**IV. Prevedi, vse določne oblike glagolov v prezentu pa tudi postavi v perfekt:**

ORFEJEVA ŽALOSTNA USODA: 1. Kmalu po poroki mlado ženo piči (= ugrizne) kača in (ji) vzame življenje. 2. Velika ljubezen moža žene iskat ženo v podzemlje. 3. Tam s čudovitimi pesmimi vse gane in kralj podzemlja (mu) mladenko vrne. 4. Doda pa je težek pogoj: na poti žene ne bo smel pogledati. 5. Zakonca dolgo potujeta v tišini, že blizu roba zemlje pa se Orfej zboji in se obrne (= obrne oči). 6. Nesrečni pevec takoj izgubi ženo, zaman (jo) je prišel osvobodit. (*Fons: Ovidius*)

# LECTIO VICESIMA TERTIA

## De causa primi belli Punici

Roma caput Italiæ iam fuit, sed fines imperii latiores habere cupivit, ideo Romanis bella pace cariora erant.

Sicilia insula, inter Italiam et Africam posita, causa belli fuit. Poeni erga cives Messanæ, clarissimæ civitatis Siciliæ, improbissimi erant. Incolæ, iniuria affecti, auxilium a Romanis petiverunt. Patres consilium ceperunt: »Magis idoneum videtur amicis prodesse bellumque cum Poenis gerere quam in pace manere, nam Poeni mox validissimi omnium populorum erunt.«

Ita specie quidem auxilii, prædæ vero cupidissimi bellum susceperunt. (*Fons: Florus*)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. (Horatius)*
- ☞ *Sunt facta dictis difficiliora. (Cicero)*
- ☞ *Hic porci cocti ambulat. (Petronius)*
- ☞ *Lucundi acti labores. (Cicero)*
- ☞ *Laudator temporis acti. (Horatius)*

## GRAMMATICA:

### Stopnjevanje pridevnika (pravilno in opisno); particip perfekta pasiva

	m/f	n
nom.	DOCT <i>ior</i>	DOCT <i>ius</i>
gen.	DOCT <i>iör is</i>	
dat.	DOCT <i>iör i</i>	
akuz.	DOCT <i>iör em</i>	DOCT <i>ius</i>
vok.	DOCT <i>ior</i>	DOCT <i>ius</i>
abl.	DOCT <i>iör e</i>	

nom.	DOCT <i>iōr ēs</i>	DOCT <i>iōr a</i>
gen.	DOCT <i>iōr um</i>	
dat.	DOCT <i>iōr ibus</i>	
akuz.	DOCT <i>iōr ēs</i>	DOCT <i>iōr a</i>
vok.	DOCT <i>iōr ēs</i>	DOCT <i>iōr a</i>
abl.	DOCT <i>iōr ibus</i>	
z. konč.		

## EXERCITIA

**I. Postavi pridevnike v pravilno stopnjo in obliko in prevedi:**

1. Romani (*validus*) quam ceteri populi Italiæ fuerunt.

Romanis, ceteris populis (*validus*), omnes civitates Italiæ oboedire debebant.

2. Vulpes (*callidus*) omnium animalium est.

Vulpem, (*callidus*) omnium animalium, omnia animalia timent.

3. Senatores Menenium Agrippam, quia (*sapiens et humilis*) quam ceteri oratores fuit, ad plebeios miserunt.

Cum Menenio Agrippa, ceteris oratoribus (*sapiens et humilis*), plebei sermonem libenter habuerunt.

4. Agmen, (*audax*) quam cetera agmina et (*sævus*) omnium, exercitum hostium in fugam vertit.

Agmina, ceteris agminibus (*audax*) et (*sævus*), exercitum hostium terrore afficiunt.

**II. Prevedi:**

1. *Ferro nocentius aurum.* (Ovidius)

Denar je škodljivejši (= *noxius*) kakor orožje, pohlep po denarju (= lakota denarja) je najškodljivejši od vseh stvari, ker pokvari človeka.

2. *Dolor animi gravior est quam corporis.* (Publilius Syrus)

Vsi se v življenju vzpenjamo po zelo strmi poti, premagovati moramo najrazličnejše težave, vendar so duševne bolečine vedno težje od telesnih bolečin.

## DE EQUO TROIANO

### III. Iz navedenih glagolov izpelji participe perfekta pasiva, ki jih vstavi v stavke in prevedi:

1. Græci Troiam, diu (*oppugno*), vincere non potuerunt et cogitabant: »Quid faciemus?« 2. Ulixes dixit: »Nunc bonus dolus (*excogito*) maxime idoneus est. 3. Statua magni equi (*facio*) Troiæ magis noxia quam cetera esse potest. 4. Cum animali, audacissimis militibus (*impleo*), in urbem veniemus.«

### IV. Prevedi:

1. Grki so hlinili odhod v domovino, na zapuščeni obali pa je pri konju ostal samo zelo varljiv mož. 2. Trojancem je rekel: »Obupani Grki so odpotovali domov, ker so spoznali: Trojanci ste pogumnejši vojaki od Grkov. 3. (Kot) znak trdnejšega prijateljstva, kakor je bilo do zdaj, (vam) podarjajo (tega) lepega konja.« 4. Trojancem ne pomagajo besede pametnega moža: 5. »Naša mnenja so zelo različna, poslušajte: konja ne smemo sprejeti!« 6. Podarjenega konja pripeljejo za<sup>1</sup> mestno obzidje in naredijo najusodnejšo<sup>2</sup> napako. 7. Troje ne bo nikoli več.

<sup>1</sup> za= intra (z akuz.)

<sup>2</sup>usoden, žalosten = tristis, e

## LECTIO VICESIMA QUARTA

## De primo bello Punico

Poeni multitudine navium mare tenebant, Romani vero navibus numquam adhuc pugnaverant. Consilium ceperant: »Classem navium ædificaverimus, Poenos pugna acerrima vincemus!« Re vera vicerant.

Consules, in Africam missi, nonnullas victorias pepererant, sed Poeni a Græcis auxilium petiverunt. Celeberimus dux bene copias duxit, sed etiam elephantum hostes adiuverunt. Ita facillimo modo Romanos vicerunt. Inter captivos etiam consul Regulus fuit. Vitam pro patria donavit, quia non hostibus, sed civibus suis profuit.

Post multos annos victoria Romana finem bello fecit.

(Fontes: Cicero, Florus)

## Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Humillima sæpe tutissima sunt.* (Iustinus)
- ☞ *Vituperare facillimum est, emendare difficillimum.*
- ☞ *Somnus morti simillimus.* (Cicero)
- ☞ *Ut sementem feceris, ita metes.* (Cicero)
- ☞ *Desines timere, si sperare desieris.*

## GRAMMATICA:

## Stopnjevanje pridevnika (posebnosti);

## indikativ pluskvamperfekta, futur II

pluskvamperfekt		
	singular	plural
1.	ORNAV <b>eram</b>	ORNAV <b>eram</b> us
2.	ORNAV <b>eras</b>	ORNAV <b>eratis</b>
3.	ORNAV <b>erat</b>	ORNAV <b>erant</b>

futur II		
	singular	plural
1.	ORNAV <b>ero</b>	ORNAV <b>erimus</b>
2.	ORNAV <b>eris</b>	ORNAV <b>eritis</b>
3.	ORNAV <b>erit</b>	ORNAV <b>erint</b>

## EXERCITIA

### NEUSPEH RIMSKEGA POSLANSTVA

#### I. Vstavi glagole v pravih oblikah in prevedi:

1. Romani consules in Africam ..... (*mitto*) et exercitus Romanus hostes vicerat.
2. Legiones vero Carthaginem non ..... (*capio*).
3. Tum Poenis dux Græcus auxilio venerat et postea Poeni bene ..... (*pugno*), sed etiam elephanti hostibus ..... (*prosum*).
4. Ante multos annos iam Romani propter elephantos magnam cladem ..... (*accipio*).
5. Nunc fortuna similis erat, pauci superfuerunt, etiam Regulus consul captivus ..... (*sum*).

#### II. Vstavi glagole v pravih oblikah in prevedi:

1. Poeni consuli dixerant: »Urbem Romam ..... (*peto*) et ibi legatus Poenorum eris.
2. Si Romani captivos tradiderint, (tu) liber ..... (*sum*), nisi captivos ..... (*libero*), in Africam venire debebis.«
3. Regulus ..... (*iuuro*) et iter ad urbem Romam fecerat, sed in senatu monuit:
4. »Captivi Poeni iuvenes sunt: si liberi ..... (*sum*), Poenis valde proderunt.
5. Ego vero senex sum neque prodesse potero, ergo in Africam ..... (*propero*) et fidem servabo.«

#### III. Prevedi:

1. Neque preces neque fortuna Regulum retinere poterant, sed Africam repetivit et Poeni miserum interfecerunt.
2. Niti najlepše in najponižnejše prošnje niti nad vse težka usoda niso mogle zadržati Regula, vrnil

se je v Afriko in Punci so ga najbolj kruto (= kar najnesrečnejšega) ubili. (*Fontes: Eutropius, Cicero, Horatius*)

### IV. Prevedi:

<sup>1</sup>žalosten = miser 3

BOJNE LADJE IN KROKARJI: 1. Do prve punske vojne se Rimljani niso nikdar bojevali z ladjami; 2. Punci pa so (do takrat) dosegali zelo lahke zmage na morju. 3. Usoda je na obalo vrgla punsko ladjo in Rimljani so sklenili: 4. »Naredili bomo kar najbolj podobne ladje, nato bomo mi v najostrejših bitkah premagali Punce! 5. Zgradili bomo tudi stroje, imenovane »krokarji«, tako bomo prišli na sovražnikove ladje.« 6. Vojaki so se na punskih ladjah bojevali z meči, borba je bila zelo težka, poraz pa za Punce (*dat.*) zelo žalosten<sup>1</sup>. 7. Rimljani so v spomin (te) najlepše zmage na trg postavili zelo slaven steber. (*Fons: Florus*)

# LECTIO VICESIMA QUINTA

## De Hannibale

Hannibal maximus virorum, bello Punico secundo pugnantium, fuit. Post plurimos annos pacis bellum cum Romanis gessit. Maxima ira enim animos Poenorum tenebat propter Siciliam traditam et aurum Romanis datum.

Poeni imperatorem, virtutibus ceteris maiorem, amabant. Optimus dux semper primus pugnae aderat, ultimus pugna excedebat. Milites tam forti duci, cum copiis viventi et pugnanti, sine dubitatione confidebant.

Cum virtutibus plura vitia certabant: inhumana crudelitas, perfidia peior quam Punica, ne minima quidem religio. (*Fontes: Nepos, Livius, Florus*)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *De minimis non curat prætor.*
- ☞ *Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria.* (*Livius*)
- ☞ *Multa petentibus multa desunt.* (*Horatius*)
- ☞ *Cave aquam silentem!*
- ☞ *Sero venientibus ossa.*

## GRAMMATICA:

### Stopnjevanje pridevnika (nepravilno); particip prezenta aktiva

	a-konjug.	e-konjug.
<b>osnova</b>	ORNA -	MONE -
<b>ptcp. prez.</b>	ORNA - <b>ns, -ntis</b>	MONE - <b>ns, -ntis</b>

	mešana konjug.	i-konjug.
SCRIB -	CAPI -	AUDI -
SCRIB - <b>ens, -ntis</b>	CAPI - <b>ens, ntis</b>	AUDI - <b>ens, -ntis</b>



## EXERCITIA

**I. Pridevnike iz prvega stavka vstavi v pravilni stopnji in obliki v drugi stavek in prevedi:**

1. Ciceronem, *magnum* oratorem, omnes celebra-  
bant.

Cicero etiam ..... scriptor quam ceteri Romani fuit,  
ideo gloria Ciceronis ..... omnium oratorum scrip-  
torumque Romanorum est.

2. *Optimus* poeta Græcorum Homerus est.

Poemata Homeri ..... sunt, dicere possumus: nul-  
lum carmen poemate Homeri ..... umquam fuit.

3. Romani Tarquinium Superbum, aliis regibus  
*peiores*, expulerunt.

Cives neque ..... omnium regum neque .....  
familiam regis tolerare poterant.

4. In orbe terrarum *multi* homines esuriunt.

Pauperes ..... quam divites sunt, ..... cibum  
non habent, sed ..... divites pauperibus non ad-  
sunt.

**II. Iz označenih glagolov naredi participe prezenta ak-  
tiva in z njimi po dva stavka poveži v enega:****DE HANNIBALE PUERO**

1. Romani et Poeni in odio *vivebant*. Plurima bella ger-  
ebant.

2. Copias Poenas Hamilcar, pater Hannibalis, *ducebat*.  
Ab Hamilcare Romani sæpe vincebantur.

3. Agmina Poena in Sicilia *pugnaverant*. Agmina  
ducem Hamilcarem iam tum amaverant.

4. Hannibal puer patrem orabat: »Milites in Hispaniam  
*iter facient*. Nonne etiam ego inter milites ero?«

### III. Prevedi in iz enega stavka naredi dva prosta stavka, tako da razvežeš participe:

1. Hannibalem puerum, in templum venientem, pater Hamilcar ducebat.
2. Ante aram iuravit: »Odium Romanorum colens hostis populi Romani semper ero.
3. Copiæ, in Italiam ductæ, quam primum proelium committent.
4. Nam agmina, nullum periculum timentia, pugnare amabunt.
5. Cum hostibus victis pacem numquam faciam!«  
(Fons: Livius)

### IV. Prevedi:

HANIBAL, BOJUJOČ SE V HISPANIJI: 1. Mladi Hanibal je potoval v Hispanijo in vsem starim vojakom prinesel največje veselje. 2. Bil je namreč kar najbolj podoben očetu Hamilkarju, Punci pa so tudi, (ko) so spoznavali novega poveljnika, rekli: 3. »Ni samo enak očetu, ampak ima še več in večje vrline kakor Hamilkar!« 4. Z najmanjšim trudom je pridobil srca vseh, (ki) so ubogali vsako (njegovo) besedo. 5. Zaradi slabše strani mladega poveljnika, ne upoštevajočega (= ohranjujočega) človeške in božje zakone, pa so bili tudi vedno v kar največjem strahu. (Fons: Livius)

## LECTIO VICESIMA SEXTA

### De Hannibalis transitu Alpium

Mox Hannibal cum Romanis bellum gerere statuit. Saguntum, Hispaniæ urbem Romanis amicam, repente cepit.

Deinde Italiam celerrime petivit. Prudenter cogitabat: »Copias non mari, sed per Alpes ad Italiam ducam, nam Romani iam peritissime navibus pugnant.« Poeni multa de Alpihus audiverant, pericula vero propinqua multo vehementius quam verba militibus timorem iniecerunt. Viam difficillimam ægre tolerabant.

Tandem in iugum pervenerunt, tum imperator ostendit Italiam et dixit: »Fortiter labores tolerabatis, nunc omnia facillima erunt: superbum Italiæ caput mox capietis!«

(Fons: Livius)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Fortiter in re, suaviter in modo!* (Aquaviva)
- ☞ *Canis timidus vehementius latrat, quam mordet.* (Curtius Rufus)
- ☞ *Festina lente!* (Erasmus)
- ☞ *Pares cum paribus facillime congregantur.* (Cicero)
- ☞ *Gratia celerrime senescit.*

### GRAMMATICA:

### Prislov; stopnjevanje prislova (pravilno)

## EXERCITIA

### DE VIA DIFICILLIMA

#### I. Nadomesti pridevnike s prislovi (**PRIMER: Romani pii erant (deis sacrificabant) – Romani deis pie sacrificabant**) in prevedi:

1. Romani putabant: »Hannibal non *prudens*, sed *stultus* est (cogitat).
2. Iter per Alpes faciens mortem *miseram*, immo *crudellem* oppetet (vitam amittet).«
3. Ita Poeni a Romanis non impediabantur et *liberi* erant (ad Alpes venerunt).
4. Aspectus montium aliorum *horribilis* fuit (milites teruit).

#### II. Prevedi:

1. Hannibal severus fuit.  
Hanibal je pogosto vojake zelo strogo grajal, je pa tudi razumno razmišljal.
2. Hannibal nonnumquam amicissimus dux fuit.  
Hanibal obupanih Puncev ni strogo grajal, ampak je storil pametneje: kar najbolj prijazno (jih) je spodbujal.
3. Via gravior fuit, quam putaverant.  
Punci so teže prenašali zelo dolgo, strmo, težko pot, kakor so (prej) mislili.
4. Barbari condiciones hostiliores quam natura faciebant.  
Barbari, prebivalci Alp, so se vedli sovražno, veliko sovražneje kakor narava.

<sup>1</sup>hud= vehemens,  
ntis

### III. Prevedi:

KONEC TEŽKE POTI: 1. Hudo<sup>1</sup> utrujeni vojaki niso videli konca strašne poti. 2. Vendar je izkušeni poveljnik kar najpametneje vodil vojsko in premagali so vse težave. 3. Nihče pred Hanibalom ni prepeljal čet čez Alpe. 4. (Do takrat) so menili: »Če želi poveljnik prepeljati vojsko čez (te) visoke gore, ne more neumneje misliti.« 5. Na koncu poti je bil Hanibal zelo vesel in je svoje može najlepše pohvalil: 6. »Srečno smo prišli na cilj, ker ste hrabro prenesli tudi nečloveške napore. 7. Zdaj se začenjajo najboljši časi: Rim bomo premagali in lepše boste živeli!« (*Fons: Livius*)

# LECTIO VICESIMA SEPTIMA

## De primis cladibus Romanorum

Hannibal audacter et cito Alpes superavit. Cupidus pugnandi in finibus Italiae statim bellum commisit.

Poeni melius quam Romani pugnabant, itaque Romani omnem spem in fugiendo posuerunt.

Apud lacum Trasumenum Hannibal facile fraudem instruxit et ad pugnandum optime paratus erat. Raro Romani peius rem gesserant, multo rarius mortem plurimum militum una cum consule viderant.

Tum dictator Q. Fabius Maximus rationem pugnandi mutavit: in acie non confligebat. Sic hostem turbabat et populum plurimum adiuvit. (*Fontes: Nepos, Livius, Florus*)

### Proverbia et sententiæ:

- ☞ *Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.* (Ovidius)
- ☞ *Errando discimus./Docendo discimus.* (Seneca lun.)
- ☞ *Citius, altius, fortius.*
- ☞ *Potius sero quam numquam.* (Livius)
- ☞ *Plus valet in manibus passer quam sub dubio grus.*

## GRAMMATICA:

### Posebnosti prislova; gerundij

	a-konjug.	e-konjug.
osnova	ORNA -	MONE -
gerundij	ORNA - <b>ndi</b>	MONE - <b>ndi</b>

	mešana konjug.	i-konjug.
SCRIB -	CAPI -	AUDI -
SCRIB - <b>endi</b>	CAPI - <b>endi</b>	AUDI - <b>endi</b>

## EXERCITIA

DE LUPO ET AGNO<sup>1</sup>

## I. Iz glagola v oklepaju naredi gerundij, ga v pravilni obliki vstavi v stavek in prevedi:

<sup>1</sup>agnus, i, m. = jagnje<sup>2</sup>litigo 1 = prepiram se

1. Ad fontem venerat agnus, cupidus (*bibo*).
2. Sed bibere non potuit, nam lupus (*clamo*) terrebat.
3. Malum animal enim cibum cupiverat et in (*quæro*) agnum conspexit.
4. In corde dixit: »Fortuna favet! Reperi cibum, paratum ad (*sumo*)!
5. Agno occasionem (*fugio*) non dabo!
6. Iam patres mei sæpe de (*rapio*) narrabant et in præda summum bonum videbant.«
7. Et operam (*litigo*<sup>2</sup>) dedit.

## II. Vstavi pridevnik (oziroma iz pridevnika izpeljani prislov) v pravilni obliki in prevedi:

1. Agnum ergo (*multus*), quam credere possumus, accusavit:
2. »Tu, (*malus*) omnium agnorum, quid fecisti?
3. (*Rarus*) aquam peiorem vidi, lupo nocere optas.«
4. Sed agnus (*humilis*) dixit: »Non (*meritus*) accusas, nocere non potui, nam aqua a te ad me currit.«
5. Tum lupus etiam (*inimicus*) verba quam antea fecit: »Ante sex (VI) menses me (*audax*) offendisti!«
6. At agnus: »(*Difficilis*) offendi, nam nondum vivus eram.«
7. Tandem lupus, (*magnus*) iratus: »Sed pater tuus mala verba (*facilis*) fecit!« Et agnum dilaceravit.
8. In fabula (*bonus*) monstratur homo, innocentes (*gravis*) opprimens. (Fons: Phædrus)

### III. Prevedi:

